

1749/19

19

SYLLOGES  
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN  
VERSIONES GRAECAS V. T.

P A R S I.

---

QVA  
AD MEMORIAM REDITVS CHRISTI IN VITAM

A. M D C C X C I X

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

PIE CELEBRANDAM

P V B L I C O N O M I N E

I N V I T A T

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, HVIVSQVE PROF. PVBL. ORDIN.  
IN ACAD. VITEBERG. AEDI ARCIS ET ACADEM. PRAEPOSITVS, NEC  
NON CONSIST. ELECTOR. ASSESSOR, H. T. ACADEMIAE RECTOR  
ET ORDIN. THEOLOG. DECANVS.

---

V I T E B E R G A E,  
LITTERIS CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI.

125



SYLLABUS

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

VON JOHANNES BRUNNEN

1858

1858

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

VON JOHANNES BRUNNEN

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

VON JOHANNES BRUNNEN

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

1858

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

VON JOHANNES BRUNNEN

LEHRBUCH DER ARITHMETIK

VON JOHANNES BRUNNEN

1858

LEHRBUCH DER ARITHMETIK



Absoluta nuper bono cum Deo disputatione nostra de Patrum Graecorum auctoritate et usu in constituenda Versionum graecarum V. T. lectione, consilii, quod in edendis libellis academicis hucusque sequuti fumus, bene memores, aliud iam opus eiusdem generis instituimus, cuius longa nec defensione, nec commendatione, nec adeo descriptione opus esse putamus apud aequos ac peritos harum rerum aestimatores. Ex quo enim tempore intelleximus, quam multa non solum in Versionibus Graecis V. T. reperiantur, quae ex mera coniectura reparari possint, ac debeant sine librorum scriptorum (quorum pauci tantum hucusque collati sunt, ac plerique adhuc in Bibliothecarum scriniis latent) aliorumque adiutorum criticorum auctoritate in ipsum textum admitti, sed etiam, nostra maxime aetate, nonnullos lectionem veram in iisdem ope ingenii restituere interdum haud infeliciter conatos fuisse, optabile nobis semper visum est, ut inter viros doctos aliquis exemplum *Bowyeri* \*) imitatus coniecturas in Versiones Graecas V. T. passim a Viris doctis prolatas colligendi ac disponendi operam in se susciperet haud inutilem. Quo magis autem doluimus, neminem hucusque inter viros doctos repertum esse, qui huic desiderio nostro satisfaceret, eo minus dubitavimus hoc opus molestum quidem sed admodum laudabile ac fructuosum in nos suscipere. Exhibemus itaque lectoribus harum literarum peritis ac fautoribus, data hac opportunitate primam partem emendationum coniecturalium in Versiones Graecas V. T. vndique collectarum, in quibus non solum disponendis ordinem librorum sacrorum V. T. eorumque capitum ac commatum singulorum diligenter servavimus, sed etiam collegendis hanc legem nobis

\*) Novo Testamento Graeco Londini 1763. 12. a se edito emendationes coniecturales virorum doctorum vndique collectas adiecit, quas auctas emendatasque ac in vernaculam linguam translatas ante hos viginti et quinque annos Lipsiae duobus Voluminibus octonis edidit I. C. F. *Schulzeius*, Theologus Gieslensis Celeberrimus.

nobis scripsimus, ut missis ac sepositis (vt par erat) eorum scriptis, qui ex professo in eluendis maculis, quibus aut iniuria temporum aut insectia et temeritas librariorum has versiones adpersit, laudabile ac fructuosum posuere studium, eas tantum coniecturas delegeremus, quae data tantum occasione prolatae ac per varios libellos maxime academicos sparsae plerisque ignotae, aut certe non semper statim ad manus esse solent. Non autem in collegendi assiduitate sublitit opera, quam huic negotio impendimus, sed etiam partim aliorum coniecturas diligentius examinavimus, et vel refutavimus, vel novis argumentis confirmavimus; partim autem haud pauca Versionum Graecarum V. T. loca corrupta nostri ingenii ope restituere ac emendare conati sumus. Non est itaque metuendum, vt qui de his rebus vnice iudicare valent, male a nobis operam collocatam esse, aut molestiae vitandae causa hoc negotium susceptum esse statuunt, immo laborem hunc nostrum viris doctis pergratum fore iure nostro speramus ac confidimus.

## G E N E S I S.

Gen. I. 29. Loco *σπερίμω* apud Alexandrinos repono *σπόριμον*, vt etiam habet *Theodoretus* in Quaest. in Genesim T. I. ed. Hal. p. 50.

Gen. I. 5. Non impetrare a me possum, vt credam, *Aquilam* h. l. veritisse: *καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ Φωτὶ ἡμέρα*, suspicor potius eum scripsisse: *καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ Φωτὶ ἡμέραν*, vt partim e sequentibus verbis, *καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα*, apparet, partim e versione Symmachi ac Theodotionis intellegitur. Valet quoque haec coniectura de voce *ἔρανός* v. 8. in fragmentis Aquilae, vbi etiam *ἔρανόν* reponendum est, ac vocabulis *γῆ* et *θάλασσα* v. 10.

Gen. I. 27. Suspicio h. l. interpolatam esse versionem Symmachi, quae cum textu hebraico plane conciliari nequit. Certe verba *ἔραδιον ὁ Θεὸς ἐτίθει αὐτὸν* videntur lacunae supplendae causa a librario locum Cohel. VII, 30. respiciente addita esse.

Gen. II. 8. ἐν Ἐδέμ. Ita legitur quidem in libris omnibus graecis, sed est ex libris Ebraeis haud dubie legendum ἐν Ἐδὲν. Levicula haec menda, immo vnus literulae erratum *Theodoro* tenebras offudit, qui in Quaest. XXV in Genesim ita scribit: *ἐδὲμ οἱ μὲν τὸν παράδεισον αὐτὸν λέγουσιν Ἐραδιον, οἱ δὲ τὸν τόπον ἐν ᾧ καὶ ὁ παράδεισος ἦν, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδάμ ἐπλάσθη, καὶ Ἀδάμ, ἐκ τῆ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν Ἐδέμ γεγενῆσθαι προσηγορεύ-*

ρεύθη. Εδὸμ γὰρ τὸ πυρρὸν. *Drusus in Obff. lib. VI. c. 23.* — *Ibidem in Symmachi versione vox ἀνδρῶν vncis inclusa librario debet videtur, qua vocem τῆς ἀλσῆς, qua Symmachum loco קרעב vsu fuisse e comate 15 verosimile est, interpretari voluit.*

Gen. II. 9. Alexandrini: ξύλον τῶ εἰδέναι γνωστὸν καλῶ καὶ πονηρῶ. Alterutrum videtur otiosum. Videntur scripsisse ξύλον τῶ εἰδέναι καλὸν καὶ πονηρὸν. Sic enim habent infra v. 17. Verba γνωστὸν καλῶ καὶ πονηρῶ sunt alius interpretis, fortasse Aquilae.

Gen. II. 23. In verba *Symmachi*, vti edita sunt a Montfauconio in Hexaplis Origenianis αὐτὴ κληθήσεται ἀνδρῶς, ὅτι ἐκ τῶ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὐτὴ male irrepsit αὐτῆς post ἀνδρὸς, vt patet ex interpretatione latina, quae apud Hieronymum lib. de quaestionibus ebraicis legitur: *haec vocabitur virago, quia ex viro sumta est.* *Drusus Miscellan. Cent. I. c. 32.*

Gen. III. 8. וַיִּהְיֶה קָרָר. Theodotion. ἐν τῶ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας. Illud πρὸς κατάψυξιν videtur esse glossema ex alia lectione, nempe קָרָר. *Cappellus Not. Crit. in V. T. p. 398.* — *Fullerus in Miscell. SS. lib. III. c. 5.* etiam Theodotionem tantum ἐν τῶ πνεύματι τῆς ἡμέρας scripsisse opinatur, suspicatur tamen doctum aliquem interpretatione illa Theodotionis non contentum, accuratiorē aliam ad marginem libri annotasse, quam audaculus quispiam in textum ipsum postea transtulerit, eamque non integram prorsus et incorruptam sed vitiatam aliquantum coniunctione eorum, quae diuisa esse oportuit. Nam πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας initio ita exaratum fuisse arbitrat: πρὸς ἢ κατὰ, ψύξιν τῆς ἡμέρας. Praeposito vtraque graeca πρὸς vel κατὰ hebraeam וַ valet, et tempori significando adhibetur. Ψύξις vero vim vocabuli קָרָר plenissime explicat. Nam et auram ventumve indicat, et refrigerationem pariter quam ventus flatu suo efficere solet, q. d. sub (vel circiter) id tempus, quo venti flatu refrigescit dies.

Gen. III. 17. Loco μὴ Φαγῆν, ἀπ' αὐτῶ εἶφαγες in Versione Alex. omīssa voce εἶφαγες scribendum est μὴ Φαγῆν ἀπ' αὐτῶ. *Augustinus locutionum lib. I.*: Graeci habent, edisti de ligno, de quo praeceperam tibi de eo solo non edere ex eo. Ex quibus colligere licet verbum illud εἶφαγες additum fuisse ex aliis editionibus. *I. Drusus Miscell. Cent. II. c. 23.*

Gen. III. 13. Interpretem incertum, qui h. l. habet ἐπηγάγετο με pel-

pellexit me (Nep. Eumen. 2. 3.) Symmachum esse conicio. *Montfauconius* perperam censebat reponendum ἀπηγάγετο. Quomodo enim το ΝΙΨΗ possit convenire verbo ἀπάγεσθαι? Quam elegans autem verbum sit ἐπάγεσθαι, et quam plane allequatur vim hebraici verbi, vel ex usu Adiectivi ἐπάγωγος perspicui licet, quod est, ut in Glossis graeco latinis explicatur *pellax, illex* (vid. Xenoph. Memor. II. 5. extr. et Phavor. f. v. ἐπάγωγα), ut adeo ἐπάγεσθαι paene idem valeat quod ἀπατῶν, quo sensu et παρᾶγεσθαι legitur apud *Zosimum* I. 56. Melius igitur fecisset *Montfauconius*, si *Drusum* sequutus esset, qui verterat: *incitavit, impulit me, persuasit mihi.* *Fischeri Clavis reliquiarum Versf. GG. V. T. p. 51* sequi.

Gen. III. 15. יִשׁוּרֶךְ. Alex. τηρήσει. Male coniecit *Hottingerus*, Alexandrinos legisse יִשׁוּרֶךְ facta literarum ש and ר permutatione, literae enim hac figura admodum differunt. Mendum potius in ipsa versione Alexandrina latere videtur, eiusque auctor sine dubio scripsit τηρήσει (a τρέω vel τρέω perforare unde τρήμα foramen et τρήσις perforatio) unde τηρήσει facile librariorum errore oriri potuit. *Hassencamp entdeckter wahrer Ursprung der alten Bibelübersetzungen. S. 230.*

Gen. IV. 1. Ne imperitus lector haereat, monemus in Hexaplis Origenianis a *Montfauconio* editis, lectionem ἐκδησάμην merum σφάλμα typographi, ac bis ἐκτησάμην legendum esse.

Gen. IV. 4. וַיִּי אֱלֹהִים. Alex. καὶ ἀπεκλήθη (al. ἀπεκλήθη) ὁ Θεός. Vtrumque alienum est ab indole versionis Aquilae. Quid? si ἀπεκλήθη legeretur. Confirmatur haec coniectura Codice Coisliniano, qui ἐπεκλήθη habet.

Gen. IV. 5. וַיִּי אֱלֹהִים. O. ὁ προσέσχε ὁ. ἐκ ἐνεπίσει. Ita edit in Hexaplis Origenianis *Montfauconius*. Potest autem versio Theodotionis h. l. suppleri ex *Cosma Indicoplevsta in Topographia Christiana* lib. II. p. 136. ed. *Montfaucon.* hoc modo: ὁ. ἐπὶ δὲ καὶν καὶ ἐπὶ τὰς δυσίας αὐτῶ ἐκ ἐνεπίσει. Nam ita *Cosmas* hunc locum nostrum tractans diserite scripsit: μία τῶν ἐκδόσεων λέγουσα: ἐπὶ δὲ καὶν καὶ ἐπὶ τὰς δυσίας αὐτῶ ἐκ ἐνεπίσει. Esse autem hanc laudatam μίαν τῶν ἐκδόσεων *Theodotionis* versionem apparet partim ex Hexaplis Origenianis, partim autem e v. 4, vbi verba: וַיִּי אֱלֹהִים a *Theodotione* per καὶ ἐνεπίσει ὁ Θεός translata reperiuntur.

Gen.



Gen. V. 5. Versio, quae Aquilae h. l. a Montfauconio tribuitur, est sine dubio alius interpretis, est enim ab ingenio Aquilae prorsus aliena.

Gen. VI. 2. A Scriptura Vulgata *οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ* solus Codex Alexandrinus ita dissentit, ut habeat *οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ*, atque sic olim in libris nonnullis scriptum fuisse, monet *Cyrillus Caten.* Niceph. T. I. p. 129. qui hanc lectionem recte repudiat. Invecta enim est, si quid video, e Iosephi Ant. Iud., qui ut Graecorum fabulas de Gigantibus conciliet narrationi Moisaicae de Cainitis, sponte aberrans ab Hebraeo commentum Iudaicum narrat I. 3. 1. πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ, γυναιξὶ συμμιγνέσθαι, ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας κ. τ. λ. Caeterum si viris doctis se non probaverit haec coniectura de origine spuria illius lectionis, quippe quam ante Iosephi aetatem Philonem (*lib. 2. de Gigant.* p. 284. et quod *Deus sit immutabilis* p. 293 ed. Francof.) in exemplis graecis reperisse dicent, etsi ut equidem opinor, uterque sua ex alio fonte impuro hausit: tirones certe admonere, ut hic de Iosephi cum Alexandrinis consensu dubitent, cum praesertim idem Codex Alexandrinus sibi ipse repugnans v. 4. non dissentiat a libris reliquis in verbis *οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ*, quod non leve argumentum est interpolationis. *Scharfenberg Prol. de Iosephi et Vers. Alex. consensu* p. 23.

Gen. VI. 6. Alex. *ἐνεθυμήθη ὁ Θεός*. Satis verisimile est, hunc unum esse e locis corruptis, et pro *ἐνεθυμήθη* scriptum ab iis fuisse *μετεμελήθη*, quomodo et *Aquila* vertit: Sic et paulo post *ὅτι ἐνεθυμήθη* pro *ὅτι μετεμελήθη*, quomodo haberi in lib. vet. notatur in Romano codice, quanquam et alius liber *ὅτι ἐθυμάθη* praeferat, quomodo *Augustinus*, *Origenes* et *Philo* ibidem dicuntur legisse, ego tamen apud illos istam lectionem non reperio. *Bonfrerius* Comm. ad h. l. p. 145 sequi. — Bene *Chrysostomus* ad hunc Geneseos locum: *ἐνεθυμήθη, φησὶν, ἀντὶ τοῦ μετεμελήθη*. Confer etiam *Bielii Thes. Philol.* f. h. v. — Ibidem apud Alexandrinos lego καὶ διεπονήθη loco καὶ διενήθη. Verba Symmachi καὶ ἀπέστρεψεν pertinere videntur ad *ל-ל-אל-אל*, ita ut omissum sit *τὴν καρδίαν αὐτῶν*. S.

Gen. VIII. 7. In versione Alexandrina legimus: καὶ ἀπέστρεψε τὸν κόρακα καὶ ἐξελθὼν ἐκ ἀνέστρεψεν. Hebr. *ושוב וישׁוּב וישׁוּב* et egressus est egrediendo et revertendo. Qualis *ἐναντίότης*! Mirum, quantopere sudarint interpretes in textibus his conciliandis. Quibusdam visum est, hebraicum textum praeter omnem rationem ad graecum emendare; alii mitis modis et ductibus haec *ἀσύγκλωψα* coniungere et in gratiam mutuo redi-

redigere tentarunt. Dubitandum vix videtur, graeca hic depravata esse; illudque  $\delta\eta$  vel plane eiiciendum, vel in  $\kappa\alpha\iota$  duriuscula quidem, at interpretibus his non insueta phrasi, commutandum, ut verba sic fluant:  $\kappa\alpha\iota \epsilon\lambda\lambda\alpha\delta\omega\acute{\nu} \kappa\alpha\iota \alpha\nu\epsilon\sigma\theta\epsilon\psi\epsilon$ . Forte et ipsum  $\epsilon\lambda\lambda\alpha\delta\omega\acute{\nu}$  vertendum in  $\epsilon\lambda\lambda\alpha\delta\epsilon$ , quae omnia et textui originali et rei ipsi melius quadrant. Negationem saltem huic lemmati auferunt *Procopius* ipseque *Iosephus Arch.* lib. I. c. 4. *Tempe Helvet.* T. V. p. 176.

Gen. IX. 25. In lectione  $\chi\alpha\lambda\alpha\iota\omega\acute{\nu}$ , quam etiam *Philo de resurrexione Noae* T. I. p. 897. ed. *Mangey* tuetur, omnes consentiunt codices exceptis Oxon. et Ald. libris, qui  $\chi\alpha\mu$  habent. Lectio haec correctioni librarii originem suam debet, cui mirum videbatur, Chanaanem maledictionem accepisse loco Chami, qui peccaverat. Caeterum in *Aquila* versione huius commatis, vocabulum  $\pi\alpha\iota\varsigma$  e versione Alexandrina irrepsisse videtur.

Gen. X. 14. Pro  $\text{כסלחיה}$  Alexandrii  $\chi\alpha\sigma\mu\omega\iota\epsilon\mu$  habent, ut omnino videantur  $\text{שמושת}$  legisse, qui Pl. 68, 32. Aegypto tribuuntur. Sed vetus latina habet *Chastoim* et Complutensis editio  $\chi\alpha\sigma\lambda\omega\iota\epsilon\mu$ , ut etiam in libro I. *Chronicorum* I. 12. ipsa graeca versio habet. Suspicio, hanc esse correctionem editorum in illa artis criticae infantia graeca ad hebraicum textum castigantium. Potest tamen pro Complutensibus dici, copticam versionem non quidem  $\chi\alpha\sigma\lambda\omega\iota\epsilon\mu$  ipsum, sed tamen ortum inde  $\chi\alpha\sigma\alpha\omega\iota\epsilon\mu$  habere, A errore librarii in A mutato.

Gen. XI. 28. 31. Alex.  $\epsilon\nu \tau\eta \chi\omega\epsilon\alpha \tau\omega\acute{\nu} \chi\alpha\lambda\delta\alpha\iota\omega\acute{\nu}$ , et  $\epsilon\nu \tau\eta\varsigma \chi\omega\epsilon\alpha\varsigma \tau\omega\acute{\nu} \chi\alpha\lambda\delta\alpha\iota\omega\acute{\nu}$ . Suspicio interpretes in vitroque loco  $\alpha\epsilon\alpha$  et  $\alpha\epsilon\alpha\varsigma$ , loco  $\chi\omega\epsilon\alpha$  et  $\chi\omega\epsilon\alpha\varsigma$  scripsisse, tanquam nomen proprium, et nomen  $\text{רנ}$  interpretatos esse. Idem valet de loco *Nehem.* IX. 7. Simili errore *Dan.* XII. 1. in Chifiano Codice editionibusque ex illo factis  $\kappa\alpha\tau\alpha \tau\eta\eta \chi\omega\epsilon\alpha\acute{\nu} \tau\alpha\upsilon\tau\eta\eta$  legitur pro  $\kappa\alpha\tau\alpha \tau\eta\eta \alpha\epsilon\alpha\acute{\nu} \tau\alpha\upsilon\tau\eta\eta$  hebr.  $\text{ניחב טעב}$ . Est tamen error perantiquus, Philonisque iam et Lucae tempore  $\chi\omega\epsilon\alpha$  in graecis bibliis lectum — Similem de hoc loco coniecturam proposuit *Fullerus* in *Miscell.* SS. lib. II. c. 10.

Gen. XIII. 18. Incertum illum interpretem, qui  $\text{ממנו אפד ארסו}$  transulit teste *Monifauconio*, *Aquila* esse suspicio.

Gen. XIV. 6. „O.  $\epsilon\omega\varsigma \tau\eta\varsigma \tau\epsilon\gamma\epsilon\beta\eta\theta\epsilon$ . In haec verba hoc vetus scholion habent *schedae Combeflianae*:  $\epsilon\omega\varsigma \tau\eta\varsigma \tau\epsilon\gamma\epsilon\beta\eta\theta\epsilon \eta \pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma$  „ $\alpha\upsilon\tau\eta \tau\epsilon \iota\omega\beta \epsilon\pi\acute{\iota} \tau\eta\varsigma \text{Βοτανείας}$  (1. *Βατανείας*)  $\epsilon\tau\omega \kappa\alpha\lambda\epsilon\mu\epsilon\mu\alpha\iota \delta\upsilon\omicron\varsigma$   $\kappa\acute{\omega}\mu\alpha\iota$ .

καίμας ἀπέχουσι δὲ ἀλλήλων σημείοις Θ! μεταξύ Ἀδαράων καὶ Ἀμιδῆς πόλεως. Hoc scholion videtur Origenis aut Eusebii Caesariensis esse. Ita Montfauconius in notis ad Hexapla Origeniana p. 30. Sed hic perverte duo scholia sunt in vnum conflata. Post ἰωβ est punctum ponendum. Nam quae subiiciuntur, ad versum praecedentem, qui Astaroth Carnaim meminit, pertinent. Conf. Euseb. Onom. sub ἀσαρωθ καρναιν. καὶ εἰσὶν ἐτι τῶν δύο καίμας ἐπὶ τῆς Βαταναίας τῆς καὶ Βατολῆας, ἀλλήλων διεξῶσαι σημείοις θ. μεταξύ Ἀδαράων καὶ Ἀβίλης πόλεως. Hieronymus. Astaroth Carnaim. — Sunt hodieque duo castella in Batanea hoc vocabulo, novem inter se milliariibus separata inter Adaram et Abilam civitates. Est itaque in textu Montfauconii Ἀμιδῆς in Ἀβίλης mutandum.

Gen. XIV. 13. Leges linguae graecae postulant, ut loco περαίτη in Aquilae fragmentis περάτη reponatur. Ignorat enim lingua graeca illud vocabulum.

Gen. XV. 15. Admodum miror, L. Bosum in sua editione Vers. Alex. mendum, quod est in voce τραφῆς non fuisse. Dubio enim caret scribendum esse ταφῆς, ut iam recte legitur in editione Complutensi, et sensus et vox hebraica postulant.

Gen. XVIII. 25. השען הן הללח ס. עחי סון. Aperte vitiosa est h. l. Symmachi versio. Sine dubio scribendum est: ען ἴσον, non est in sum, aut potius עח ἴסון, nefandum est. Vulgatus sequutus est Symmachum.

Gen. XIX. 6. Alex. τὴν δὲ θύραν προσέωξεν ὀπίσω αὐτῆ. Ostium vero adaperuit post se. Quis hic non observet προσέωξεν absolum esse atque absurdum? Neque enim solent ex aedibus foras egressuri ostium post se aperire sed ante se, ut exitus liber pateat et inoffensus. Accedit quod hebraicum נסד occludere significet, quae significatio Loti consilio valde est consentanea, qui oclusis firmissime foribus hospitem suorum incolumitati ac pudicitiae prospicere et consulere voluit. Igitur loco προσέωξεν legendum est προσέωσεν a προσωδέεν, quod notat ostium claudere et quidem tradendo et obnixè a se dimovendo. Sunt autem ξ et σ literae simillimi soni et eodem fere proferuntur a nonnullis modo, ut monuit Canterus in Syntagm. de rat. emend. gr. auctores. Fullerus Miscell. SS. lib. III, c. 9.

Gen. XIX. 3. Loco τῶπον legendum πότον convivium (ut revera legi-

B

legi-

legitur in editione Romana a L. Bosio edita). Par mendum in hac ipsa voce sustulit *Salmastus* p. 339 Achillis Tatii. Sic Sapiens II, 7. pro ἀέρος reponendum ἄερος ex acutissimi *Petri Nannii* coniectura. *Colomestus Obsf.* SS. p. 106. (Adde *Rich. Simonis Disquisitiones criticae de variis Bibliorum editionibus* p. 119.)

Gen. XIX. 10. Loco ἀπέκλεισαν, quod habent omnes libri editi et codices versionis Alexandrinae, reponendum est προσέκλεισαν, quippe verbum rarius, quod legitur apud *Iustinum M. in Dial. c. Tryph. Iud.* p. 153.

Gen. XIX. 16. Antiquus interpres *Symmachus* fortasse habet ἐσρατέυσαστο, quod hebraico עָרַע עָרַע non convenit. Rescribendum est ἐσραγγέυσαστο cunctilatus, commoratus est. Eodem modo Iud. XIX. 8. in editione Romana versionis Alexandrinae pro σρατέυσον scribendum est σραγγέυσον, et σραγγέυθητι loco σρατέυθητι. Vsurpatur autem σραγγέυσαστο pr. de gutta per angulum foramen transeunte (vide *Schol. Arist. Nub. v. 131.*) deinde est fatigari, premi, denique cunctilari, commorari, otia terere. Confer *Bielii Thes. Philol. f. h. v. Loesner Obsf. ad veteres interpretes graecos Proverb. Salom. p. 10 seq.*

Gen. XIX. 20. LXX καὶ σωθήσομαι, εἰ μὴ εἶσι, καὶ ζήσεται ἢ ψυχὴ μὲ ἐνεκεν σε. Credam nonnihil labis et spurcitiei contraxisse versionem graecam, aevi longinqua vetustate. Ἐνεκεν σε affictum est, et καὶ σωθήσομαι forte mutandum in ἐκεῖ σωθήσομαι. *Nova Bibl. Brem. Cl. I. p. 70.* — Verum ex parte vidit *Dorhout* II. Nam verba ἐνεκεν σε, quibus nihil respondet in textu hebraico, eiicienda esse, dubio caret. Omisit ea quoque *Iustinus M. in Dial. c. Tryph. Iud. p. 153.* vna cum *Codice Cottoniano.*

Gen. XIX. 25. LXX καὶ πᾶσαν τὴν περιχώρον. Ultima vox περιχώρον mutanda est in περιίκον auctoritate *Iustini M. Dial. c. Tryph. Iud. p. 152 et 154.* vt etiam legitur in Ald. et MS. A.

Ib. v. 33 et 35 haec habentur: καὶ ἐκ ἧδε ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὸν καὶ ἐν τῷ ἀναστῆναι. Pro αὐτὸν lege αὐτήν, nempe filiam τὴν προσβυτέραν v. 33 et v. 35 τὴν νεότεραν, quod magis et rei et textui originali convenit. *Tempe Helvet. T. V. p. 176.*

Gen. XX. 5. Verba ἐν ἀπλότητι καρδίας, quae *Montfauconius* praeunte *Codice Coisliniano Symmacho* tribuit, *Aquila* vindicanda censeo. Verba autem ἐν ἀδωότητι, quae idem vir doctus ab *Aquila* pro-

profecta et vere quidem existimabat, et ad τὸ כהם pertinere opinabatur; arbitror referenda esse ad τὸ כנקין. *Aquila* enim pluribus locis quam *Symmachus* כהם reddit per ἀπλότης, et, quod maximum est, ἀπλότης καγ-  
 δίας ὅβ redundantiam posterioris vocabuli minus graecum videtur, quin  
 tamen *Symmachum* constet studiose consecratum esse elegantiam oratio-  
 nis graecae. Deinde quod dixerim verba ἐν ἀθωότητι pertinere ad  
 כנקין non ad כהם causa est, quia ἀθωότης de manibus quidem, non  
 item de animo, dici ratio et indoles linguae graecae patitur. Vnde  
*Aquila* τὸ כנקין, quod ipsum de innocentia manuum praedicatur, Pf.  
 26, 6. vertit per ἀθωότης, sed τὸ כהם, quod de animo vsurpant Hebraei,  
 nusquam. *Fischeri Clavis*, p. 24.

Gen. XXII. 1. Inanis est coniectura L. Bos ἐδόξασεν, quod in ver-  
 sione *Symmachi* h. l. legitur in ἐδοκίμασεν mutantis. *Symmachus* enim  
 pro כסה legit נשא coll. Ies. 52, 13. נשא autem ab Alexandrinis saepe  
 vertitur per δοξάζειν v. c. Ies. 25, 1. et 33, 10.

Ibid. v. 13. *Alexandrini*: ἐν φυτό σαβέκ. Nonnullis hoc σαβέκ  
 idem fuit, quod βάθος vel βάτος rubus, aliis notare visum est ἕρδιον  
 erectum, vt idem valeat ac si diceretur: hircus erectus, qui in virgultum  
 ascenderat. Tandem nonnullis, vt *Suidae*, id vocabulum significare vide-  
 tur ἀφ᾽ ἑσθῆν ἀπὸ τῆς Σύρας dimissionem ex lingua Syriaca, quasi vero  
 שבק et סבך non essent toto coelo diversa. Sed ortae sunt hae hallu-  
 cinationes ex ignorantia hebraismi, ex quo nemini non constat σαβέκ  
 vel סבך esse perplexitatem. *Tempe Helvet.* T. V. p. 173.

Gen. XXIV. 14. *Scholion* ἀπέδειξας, quod ad vocem ἡτοιμάσας  
 in editione Bosiana laudatur, auctoritate Coisliniani codicis *Symmacha*  
 reddendum est. Sic et ib. v. 11. ἐγονάτισε, quod in eadem editione vt  
 interpretamentum verbi ἐκούμισε positum erat *Montfauconius* in codice  
 Coisliniano *Aquilae* attributum invenit, cui vindicandum iam *Drusio* vi-  
 sum erat. Multae enim lectiones, quae glossemata et scholia olim pu-  
 tabantur, sunt, indicio librorum scriptorum, quos postea viris doctis  
 contigit inspicere, ab ipsis interpretibus antiquis profectae.

Gen. XXV. 8. אלה-עמיר. Άλλος πρὸς τὴν περάτας. Suspicatur  
*Montfauconius* *Aquilae* hanc esse versionem, qui loco עמיר fortasse  
 legerit עבריי. Sed omnis haec coniectura concidit dummodo πατέρας  
 loco περάτας legatur.

Gen. XXV. 31. LXX ἀπόδε ἐμοὶ σήμερον τὰ πρωτότοκα σε ἐμοί. Tuetur quidem hanc lectionem *August.* lib. I. locut. verbis: vende mihi hodie primogenita tua mihi, et vltimum ἐμοί in Codice *Cottoniano* tantum omittitur. Nihilominus tamen suspicor initio scriptum fuisse ὡσεὶ σήμερον, vt verbum e verbo reddiderint Alexandrini. Nam in textu hebraico legitur: sicut hodie.

Gen. XXVII. 1. Vocem קִינָה Aquilam reddisse verbo ἀλμυρώθησαν e codice *Coislino* tradit *Montfauconius*. At quum verbum illud graecum hebraico respondeat nullo modo, quum hoc ipsum verbum etiam ab *Aquila* (1 Sam. 3. 13.) non tantum ab Alexandrinis (Deut. 34. 7.) caeterisque interpretibus (Iob. 17. 7.) alibi versum sit per ἀμυρῶσαι, et nomen קִינָה ab eodem *Aquila* (Ies. 42. 4.) per ἀμυρῶσαι, quum denique literae verbi ἀλμυρώθησαν ab literis verbi ἀμυρῶθησαν parum, vel nihil differant, certissimum puto: ἀλμυρῶθησαν errore et negligentia librariorum extitisse ex ἀμυρῶθησαν, vel potius ex ἡμυρῶθησαν. *Fischer* de Versf. GG. p. 19.

Gen. XXVII. 4. Pro ἐδέσματα legi malim ἡδέσματα h. e. escas suaves et bene conditas non solum h. l. apud Alexandrinos, sed etiam in *Aquila* et *Symmachi* fragmentis Prov. XXIII, 6. quia respondet hebraico מטעמים, quod cupedias, cibos lautos, gratique saporis notat. *Fullerus* in *Miscell.* SS. I. c. 17. — Sed vanam ac ineptam esse hanc *Fulleri* emendationem multis docuit *Fischerus* in *Proll. de Versf. GG.* p. 23. qui inprimis hoc vrget מטעמים simpliciter cibos significare, חבשילין (vt *Onkelosus* transtulit Gen. XXVII. 4.), βρώματα (vt reddiderunt Alex. Prov. 23. 6.) Conf. *Loesneri* Obsf. ad Intt. GG. Prov. Salom. f. h. v. Accedit, quod non credibile sit, oculos librariorum et manus in locis tam multis, vbi ἐδέσματα (quod ab *Hesychio* explanatur voce βρώματα) legitur, aberrasse et peccasse.

Gen. XXVII. 35. במרמה in Edit. Rom. et Cod. Coisl. A. δι' ἐνέδρας. Σ. ἐν ἐπιθέσει. Putarem, permutata esse interpretum nomina. Verbum in Piel Gen. 29. 25. et 1 Reg. 28. 12. *Symmachus* per ἐνέδρασαν, *Aquila* per ἐπιτίθεσαι transtulit. Etiam praeposito ἐν in *Symmacho* non ferenda videtur. Coniecturam hanc, quam primus protulit *Thieme* in *Diss. de puritate Symmachi* p. 25. suam fecit *Fischerus* in *Clavi Versf. GG.* p. 53.

Gen. XXVIII. 6. εἰς τὴν Μεσσοποταμίαν Συρίας. Vox *Syrias* olim nota-

notata erat asterisco, nam aberat a translatione LXX, ut supra v. 2 et 5. Testis est *Augustinus* locut. lib. I. „Exit in Mesopotamiam Syriae quasi Mesopotamia dicatur nisi Syriae. Quamvis hoc LXX habere non perhibentur Syriae, sed cum Asterisco scriptum est.“ In textu hebraico legitur in omnibus hisce locis *Phadan Aram*. Iam quia Aram est Syria, adiectum est ab aliis *Syriacos*, cum interpretibus satis esse videretur *Μεσοποταμίων*. *Drusus Miscell.* Cent. II. c. 36.

Gen. XXIX. 25. Verba ἐπίδω με, quae ab aliis *Symmachio* tribuuntur, Aquilae sunt vindicanda auctore codice Coisliniano. Nam in textu hebraico est מִיְהוָה אֱשֶׁר אֲנִי אֲדָמָה saepius vertit per ἐπιδέσσις, quam *Symmachus*. *Fischeri Clavis* Verfl. GG. p. 54.

Gen. XXX. 11. בָּרַךְ. Alexandrini transtulerunt ἐν τύχη. Τύχη autem hic intellegenda est ἀγαθή τύχη vel εὐτυχία, quemadmodum etiam ab *Hesychio* declaratur, fortuna videlicet prospera sive secunda vnde Vulg. feliciter transtulit. Loco ἐν τύχη in MS. Oxon. et Compl. Ed. aequae ac apud *Theodoretum* legitur εὐτήχημα i. e. felix sum, res mihi feliciter evenit, quod merum glossema esse videtur.

Gen. XXXII. 10. In Aquilae reliquiis ἐμακρόνθην mutandum esse in ἐμικρόνθην, verbum קטנת, cui respondet, clamat. *Fischer de Verff.* GG. p. 19.

Ibid. 24. Suspecta mihi est vox ἐκλυέτο, quae in Hexaplis Origenianis Aquilae pro hebraico קָבַץ tribuitur. Sine dubio Aquila etymologiam huius vocis respiciens scripsit ἐκλυέτο, quod ipsum vocabulum in Codice Coisliniano incerto interpreti tribuitur, cuius explicandi causa aliquis margini adscripsit ἐκλυέτο, nempe ἐν τῷ κοινοτῷ seu ἐν τῇ κοινῷ.

Ibid. v. 28. Dubium moveri potest contra vocem ἡξίας, quam *Moussafauconius*, Hieronymi auctoritate nixus Aquilae tribuit. *Philo* enim de temul. p. 251, et de mutat. nominum p. 1051. Aquilam ἐπίσχουσαι μετὰ θεῶν scripsisse testatur.

Gen. XXXIV. 15. LXX ἐν τέτρω ἐμοιωθησόμεθα ὑμῖν, καὶ κατοικήσομεν ἐν ὑμῖν. Ita legitur hic locus in antiquissimis Codicibus Vaticano et Alexandrino. Atqui manifestum est, duplicem esse interpretationem vocis תָּוַח, quarum altera margini illita fuerat primum, deinde irrepsit in orationis contextum, ut iam observavit ad h. l. *Clericus* in Commentario suo.

Ibid.

Ibid. 25. Ἄλλος πεποιθώς. Incertum hunc interpretem Aquilam esse propterea arbitror, quia non modo idem adverbium ab eo alibi (Deut. 12. 10.) positum pro בטב scio, sed quia idem homo et nomina בטבט atque בטב nomine πεποιθήσις (Iob. 8. 14. Pl. 4, 9, 77, 53. Hof. 2. 18.) et verbum בטב verbo πεποιθέναι (Pl. 9. 10.) vertit. *Fischer* de Verfl. GG, p. 89.

Ibid. 29. Alexandrini habent σώματα. Sed quum neque servi, neque milites hic possint intellegi, qui cum reliquis matibus primo essent circumcisi, deinde occisi, nos quidem putamus, esse Alexandrinos hoc in loco a librariis deformatos, eosque scripsisse σέμματα, quae insignia complecterentur atque arma, quae Iunoni quoque tribuit *Virgil Aen. I. 20.* *Hoppach* ad aliquot *Hoseae* loca p. 15. Confer etiam quae ad h. l. notavit *Fischerus* in *Proluss. V.* ad varia SS. loca p. 61. sequi.

Gen. XXXV. 16. Χαβραδά apud Alexandrinos annotatiunculam arbitramur esse e versione syriaca desumptam, ut ostendunt *אח* terminatio Syra et Patach vocalis initio loco Chirek posita. Confer *Fulleri Miscell. SS.* lib. II. c. 15.

Gen. XXXVI. 23. Quod in Codice Alexandrino h. l. legitur υἱὸς Σεμφώρ, correctionis est, ortumque ex confusione Belae, Balaci hic nominati, cum Balaco filio Sippor. *Michaelis Spicileg. Geogr. hebr. exterae* P. II. p. 132.

Gen. XXXVII. 36. Α. Σ. Φουτιφάρ al. Φουτεφάρ. Haec habet *Origenes* *Opp. T. II. p. 43.* sed addit: ἐν τῷ ἑτέρῳ Φουτίφαρ.

Gen. XXXVIII. 35. laudatur in editione Romana ad πενθερόν glossema κύριον. At debet primo reponi ευροδόν, deinde, praeceunte eodem libro scripto, restituendum est interpreti cuidam veteri. Cui, non ita facile potest definiri. *Fischer Clavis Verfl. GG.* p. 38.

Gen. XXXIX. 22. Aquilae ἐγκλεισμένοι tribuitur, et *Symmachus* dicitur τὸ *אֶרְיָוּ* vertisse per δεδεμένοι. At quia hoc propius illo accedit ad originem hebraici vocabuli, suspicor δεδεμένοι Aquilae, ἐγκλεισμένοι *Symmacho* esse vindicandum. *Fischer Clavis Verfl. GG.* p. 45.

Gen. XL. 41. Verbum ὁ ἀρχιδεσμώτης aequae ac τῆ ἀρχιδεσμοφύλακος ib. c. 41. 10. ex aliis versionibus graecis in Codices Versionis Alexandrinae translatum esse suspicor. *Fischer Prol. XX. de vitiiis Lexicorum N. T.* p. 7.

Gen.



Gen. XLI. 1. Alexandrini: (secundum MS. Oxon. et Edit. Ald.) ἐγένετο δὲ μετὰ δύο ἡμερῶν. Quis nisi bardus iudiciumque inops neget hic mendum esse, si legerit apud *Augustinum* hunc locum allegantem, et factum est post biennium dierum? Igitur emendo legendumque edico: μετὰ δύο ἐτῶν ἡμερῶν. *Drusus Miscell. Cent. II. c. 91.* — In editione *Bosiana* legitur μετὰ δύο ἔτη ἡμερῶν.

Ibid. 5. Augenda sunt h. l. ex *Origene* T. II. p. 45. fragmenta versionum Graecarum in Hexaplis Origenianis a *Montfauconio* editis hoc modo: אבא בראשית O. ἐν πυθμένι ἐνι. Ἄλλος (sine dubio *Aquila*) ἐν καλάμῳ ἐνι.

Ibid. v. 45. In fragmentis *Aquilae* pro γονατίζει cum *Montfauconio* rescribendum puto γονατίζειν, quod ipse textus hebraeus postulare videtur. Nam אברא, quod verbum iam veteres interpretes varie interpretati sunt (vid. *Drusus* ad fragm. h. l. et *Quaest. hebr. II. 71.*), ego quidem arbitror dictum pro אברא ita ut intellegatur imperativus אברא, vt sensus nascatur: procumbite ad genua eius: aut reponendum אברא explicandumque distributive. *Fischer Clavis Versf. GG. p. 38.*

Gen. XLII. 7. Incertum interpretem, cui in Hexaplis Origenianis ἐποξενετο tribuitur, Aquilam esse credo: nimis enim expressum apparet ad formam verbi hebraici אברא ducti a אברא, quod est ipsum adiectivum graecum ξένος. *Fischeri Clavis Versf. GG. p. 26.*

Ibid. 21. Verba ἢ ὄντως, quae in *Symmachi* versione post μάλα secundum Codicem *Coislinianum* leguntur, sunt merum glossema librarii. *Hefychius* μάλα, λίαν, πάνυ.

Gen. XLIII. 18. Verba κατηγορίαν ψευδῆ καταστήσασθαι καθ' ἡμῶν, κατατυραννήσασθαι ἡμᾶς, καὶ δελαγωγῆσαι, quae *Montefalconius* in ora Codicis *Coisliniani* ad verba Alexandrinorum (τῶ συνοφαντήσασθαι ἡμᾶς, καὶ ἐπιδέσθαι ἡμῶν, τῶ λαβεῖν ἡμᾶς εἰς παῖδας) scripta reperit, eorumque autorem opinabatur esse *Grammaticum* aliquem, qui verba septuaginta interpretum explicare voluisset, *Symmachio* reddenda existimo, partim ob huius versionis elegantiam, partim ideo quia nemini facile in mentem venerit verba ἐπιδέσθαι et λαβεῖν εἰς παῖδας verbis κατατυραννήσασθαι et δελαγωγῆσαι interpretari. *Fischer de vitiiis Lexicorum N. T. Prol. XX. p. 11.*

Gen. XLIX. 13. ימים יהיה ל. Ἄλλος παράλιος θαλασσῶν.  
Forte

Forte παρ' ἀγμιαλὸν θαλασσῶν, aut coaluerunt diversorum interpretum versiones, quorum alter scripsit παράλιος, alter παραθαλάσσιος.

Ibid. 20. Pro τρεφὴν, quod exhibet editio Botiana in Cod. Alex. et in edit. Ald. et Compl. legitur τροφήν, et quidem recte. Etiam Syrus h. l. adhibet vocabulum *alimenta, cibum* significans.

Ibid. 22. Quod h. l. Alexandrini habent *υἱὸς μὲν νεωτάτος*, est glossēma et interpretamentum illorum verborum *μὲν ζήλωτες*, quia iuniores liberi parentibus sunt longe carissimi. *Cappellus in nott. critt.* p. 403.

Sed iam ad id, cuius causa haec omnia praemissa sunt, properamus. Indicendi nempe sunt iterum Vobis, CIVES CARISSIMI, dies illi festi, qui ad recolendam memoriam resurrectionis summi nostri doctoris ac optimi servatoris I. C. quotannis pie ac religiose a coetu christiano aguntur. Nostis ipsi, quam praeclaram nobis haec sacra Paschalia, ad quae pie celebranda Vos paterno affectu cohortamur, afferant opportunitatem ex doctrina de reditu Christi in vitam, et, cuius hic pignus nobis datum est certissimum, nostrorum corporum futura resurrectione, non modo gaudia et suavissima solatia, sed etiam pietatis vitaeque coelestis capiendi incrementa. Qui saluberrimi reditus Christi in vitam fructus, ex pia horum sacrorum celebratione, ut etiam in Vos redundent largissimi Deum pie precamur. P. P. in Univerſitate Literarum Vitebergensi Fer. I. Paschatis A. C. MDCCXCIX.

VI 216

5. + 24. 8h 2:90

23 = E

39 = t.




TR → 2L

vd 18

VD 17

04. 200-1 6cl,





SYLLOGES  
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN  
VERSIONES GRAECAS V. T.

P A R S I.

QVA

AD MEMORIAM REDITVS CHRISTI IN VITAM

IN

NSI

IOHA

VSNER

PHILOSOPH  
IN ACAD.  
NON C

PVBL. ORDIN.  
SITVS, NEC  
RECTOR



125

